18 . 12.





Vrátcrew, q et in priorum seculorum hominibus simplici,
tatem probam, et simplicem probitatem, decepit atq induxit,
quam postea, sacerdotum ambitio et avaritia, etiam in curia
et ἀκηδία, tanquam crescit et ἀφρονίας, ruditas, doctrina falsa, et veritatis corruptelis,
ita auxit, ut veritas fermè tota amitteretur, Inprimis
autem, ab annis octingentis, & a Caroli
Magni tēpore, postq Gregorius pontifex,
Romanum imperiū, Gallis, occasione ab
Iconomachia Graecorum allata, prodidit, Tum igitur,
& si & aliquanto ante, ab eo tamē tempore
inprimis, veritatē doctrinae Euāgelij christi, et
praecipue Sacramēti cœnae Dni, inuase.
rūt illi audacius et praefractius, donec
tandē nostris tēporibus, sub Leone Decimo,
in Leoniana impudētia, res erūpit, Atq
ita multae, & tam crassae, ab hoc genere
cōmitterētur, & tanquam manifestae, ferēt, veritatis
corruptelae, ut nō tatum a doctis intelligerētur
sed etiā ab indoctis ex vulgo hominibus deprehēdi,
& tanq̄ palpari inciperet. Ex quo genere nomi.
nare possumus Anabaptistas ~~[illegible]~~, inter
eos, qui praedoctis et eruditis, primū in Germania, et
~~[illegible]~~ inprimis in Helvetia, spectificis corruptelis
Sacramēti cœnae ~~[illegible]~~ potissimū, retegendis, occasi.
onē a se dederīt, Atq etiā et dicere et
facere cōtra has inciperent, Cuius rei
argumētū sit Carolostadius, qui ab Ana.
baptisticis initijs Saustū de Sacramento [illegible]
dogma, et de imaginū in tēplis usu, in Septētrionali
Saxonia cōmouit, & Lutherū cōtra hos,
& seipsū, irritauit. Cōtra Romanēses
autē, ex professo, et primū scribere cepit

de occasionib[us] ortu, et ~~Et de~~ progressionib[us], usq[ue] ad hæc nostra tempora, causæ sacræ eius, quam scriptis suis Herdesianus agendam sibi sumsit, ut ad lectionem eorum tanq[uam] ~~[illegible]~~ introductio q[ue]dam præstetur, cui uni rei hoc instituitur, cum absq[ue] hoc sit, multa in hac parallelia obscuriora etiam esset futura.

Natus autem Herdesianus fuit eo tempore, et huic q[ui]dem tempori, ut res postea ostendit, peculiariter, quo misertus Deus ecclesiæ populi sui, corruptam depravatamq[ue] doctrinam verbi et Evangelij sui, et pene collapsam, instaurare voluit, et veritatem huic vindicare, et a superstitione et idolis, quæ in templum ipsius illata fuerant, tanq[uam] oceanis quibusdam repurgare, ut novissimis temporib[us], et ante finem mundi ~~[illegible]~~, veritas integre plenaq[ue] tandem redderetur Ecclesiæ. Itaq[ue] excitavit sibi idoneos hoes et vasa gratiæ, quorum ~~[illegible]~~ ministerio ~~ad~~ hanc rem tandem uteretur in quorum cordib[us] concionabatur, quod aliquando mandavit Abrahæ: abijcite idola q[uæ] sunt in medio vestrum: Ita extiterunt uno tempore, in Germania, duo viri, Lutherus et Zwinglius, q[ui] (præ alijs ante ipsos o[mn]ib[us], q[ui] ab annis iam plurib[us] quin gentis hoc tentarunt,) rem non tantum aggrederentur, sed etiam p[er]ficerent, Cui cum uterq[ue] falsam doctrinam Romanensium communiter invaderent universam, Alter tamen præ altero idolum invasit id, quod missa pontificia facit ex Cœna Domini, cum hoc et[iam] agerent communiter ambo, sed sicut veteris testamenti prophetarum vocationis et operæ, cursusq[ue] non fuerunt pares p[er] o[mn]ia, unus vitulos, alter latriam in locis excelsis sustulit, Ita ex nostris illis duob[us] viris, alter in idolo missæ tollendo ἐπιτυχέστερος, alter ὑπερβολικώτερος fuisse aliq[ui]b[us] visus fuit, de quo hodie et[iam] et minus q[ui]dem, controvertitur. † Religionis ~~et~~ aut[em] veritas vel superstitione corrumpitur, vel profanitate amittitur, hæc, cum hac, et ab hac, fiunt παρεκβάσεις, In superstitione a[utem], semp[er] inest ζῆλος ἀ-ζηλος ille, non κατ' ἐπίγνωσιν, qui tanto maior e[st] quanto minus e[st]

† Cum alterum negari, alterum doceri non possit.

Lutherus, anno Jesu Christi MDXVII, Tum enim primum contra indulgentiarum, ut appellarint ponti-ficiarum emissarium Tetzelium, et mercatum huius impium, ad disputandum publice proposuit, impudentia huius immani excitatus, etsi autem praecedente etiam anno proximo, MDXVI, contra praesidia superstitiosa sanctorum certorum demortuorum, et de merito operum, traditionibusque humanis, et aliis, disputare coepit, cursus tamen eius communiter numerari incipitur ab hoc anno XVII, Ab hoc anno igitur fatale illud tempus pontificatus, et mendaciis et idolis horum, egreditur et progreditur ad hoc nostrum usque seculum, Ab hoc anno primo cursus sui, perrexit Lutherus, unum post alterum scriptum, contra Romanenses edere, Inter minas et pericula a pontifice et imperatoribus plurima, usque ad annum Christi MD XXIIII, Cum enim ad eum annum usque, non expertus esset praeter pontificios, et externos illos alios hostes sibi illo tum anno, ex suis, et tanquam domesticus adversarius ei extitit Carolostadius, qui peregre absente e Saxonia septem virali Luthero ab anabaptistis, ut cognoscetur, (qui tum Witenbergae etiam turbare inceperant) de imaginum in templis usu, et de sacramento coenae, hauserat aliquid, ut dictum est, et utraque etiam haec, tum ipse quoque invadere coepit, sed doctrinam de coena domini, quomodo tum de hac illis in locis docebatur, inprimis, (Nam alterum de imaginibus, prae hoc, nugatorium est, et in oculos incurrit) Hic igitur, cum a Luthero, domum in Saxoniam reverso de utroque compellaretur, atque etiam obiurgaretur, contradicendo se ei opposuit, et de sacramento coenae inprimis, vel de hoc potius

Est, quamvis nugatorium hoc, verbas in ecclesia Christi, decederit, et in longo tempore, irreparabile dici non potest.

20

tantum, offensus doctrina publica, et non scitissimis
vocibus, quas in concionibus Patris vulgari audiebat,
Christi corpus, quantum et quale in cruce pependisset,
tantum et tale esse etiam in pane sacramenti ~~[illegible]~~ item
frequentibus notationibus et insectationibus, quibus
in concionibus et scriptis etiam aliquibus,
cum Lutherus irritaverat, ~~[illegible]~~ Diaconus ille
esset in ecclesia Vuittebergensi ~~[illegible]~~
et in illa altercatione ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~, interque sermones ipsorum non gravissimos, convenit ~~inter~~ eos,
ut de hac re, se, contra Lutherum. Postulante
hoc ita Luthero, publice scripturum sponderet
Carolstadius. Erat hic Carolstadius
tum Theologiae Doctor, diaconus aliquando ecclesiae Vuittebergensis ~~[illegible]~~, et pastor
~~[illegible]~~ ecclesiae oppidi cuiusdam in Thuringia, quod est Orlamunda, quasi Orlae
ostium, ~~quod~~ fortassis quod Orla ad Codicem
Salam influit. Atque ita eo ipso anno Christi,
Sacramentaria caussa, ~~ut postea appellata fuit, & [illegible] apud nos appellatur [illegible]~~,
in Saxonia Septemtrionali, primum commota fuit,
et in hac extitit. Neque enim ante hoc tempus
de hac quaestione quisquam usquam publice in Germania scripserat, ut disputatio ea in
nostris terris esset nova prorsus, cuius tamen
initia autor ille ex Anabaptisticis colloquiis
hausisse videtur, † quos et in aliis quibusdam
sequebatur ~~et [illegible] quibus initiis [illegible] arguebat ille de
verbis Christi in institutione [illegible]~~, et dolum
pontificum declinando, praeter caussam, ut dicitur,
fugeret, sicut et Anabaptistae faciunt, ~~[illegible]~~ VII.
~~videretur aliquid esse in verbis [illegible], saltem~~
~~[illegible] [illegible] [illegible] referret. quod dogma [illegible]~~


† ut aliquoties iam diximus

** in Charta versa

ubi esse

Dogma [illegible]

p. 21.



+

VIII

Ut in dispara-
tis sine figura
unum de altero
ibi diceretur et
ita, sicut cum
verbum caro
factum in per-
sona christi, aut
unum tria in
trinitate dici-
mus.

VIII

Controversia ergo inter eos de tropo et figura in verbis institutionis, fuit, quem adversus corporalem praesentiam urgebat Carolostadius, et pro hac, et propter hanc refutabat Lutherus. Sicut autem minime contemnendum fuit in Carolostadio, quod illo tempore vidit, ipse etiam inter tam paucos, in verbis Christi non esse illud quod vulgo tam crasse accipiendum interpretandumve, sicut pontificij solerent, sed esse in his ἐσχηματισμένον aliquid, quo nomine et commendatur ab Oecolampadio, Ita hoc in eo intollerandum, quod ex particula τοῦτο tropum exsculpere studuit, et ibi eum quaereret, ubi non esset neque meminisset neque Augustini de hoc dogmate sententiae, multo minus historiae paulinae. Cumque explicatione tropi opus esse videret, ubi tamen, et quomodo esset, non reperiebat. Itaque Zvuinglius, cum legisset scripta eius, de eo dixisse dicitur, Carolostadium esse similem bellatori qui armis uti nesciret, cum suppeterent. Multo autem magis intolerandum, si, ex tropo, etiam mysticae praesentiae veritatem refutare voluit, quomodo nimirum ad Anabaptisticum dogma, et [illegible] aliquid denegavit, esse sacramenta, et coenae imprimis, signa et notas inanes, eius, quod significant, neque re, praesentare rem quam significant, et tesserae instar habere professionis fidei, nihil amplius. Scribebat tum Lutherus Germanice de ea causa omnia, sicut Zvuinglius contra de hac, latine fere, certo consilio uterque, quod et uterque enunciat.

VII.

quod ~~ante~~ laborare hac causa viderer, neque pontificiae idoli ~~missa~~ missae (quod Lutherus agere coeperat) everti posset, eadem corporalis praesentia corporis Christi in coena Domini teneretur. ~~Ex initiis illis fuit~~ adversus eam praesentiam ex initiis Anabaptistae cum illis fuit hoc primum ille, ~~[illegible]~~ praeterea ~~recte quod~~ quod figura esset aliqua in verbis institutionis, ~~et~~ non simplex oratio, recte omnino, sed figuram inopia illa sua [illegible], a particula Touto quaerere, et ex hac deducere, ut mox plenius

propterea primis quod

aliqui ita idol[illegible] ......

pag. 21

Controversia

Dogma ante suum libellis scriptis, Basileæ ex-
primendum curavit, sub annum Christi XXIIII.
quo & ipse, ex Thuringia venit, et libellos illos suos
ibi edidit et sparsit, nihil quicq vel Tiguri
Tiguri, vel Basileæ, cum illorum locorum Theologis
de re communicans, quod tamen facturus putabatur,
eaq de causa in Helvetiam migrasse. Sed ab
Anabaptistis aversus tum putabatur, (qui tum multi ibi
erant) nec cum alijs ullis de re communicavit. Et sic
tamen, ut accelleraretur causæ Sacramentariæ, melioribus
scriptis, explicatio, causam in illa loca attulit. Hæc facta
ita fuere, Anno ut dictum est, XXIIII. Contra vero
libellos Carolostadij, anno sequente XXV. scripsit Lutherus,
; Celestes Prophetas ; quo indice, simul notavit magistros
ejus, Anabaptistas, et postea aliquot scripta alia

Sicut ex scriptis et Zvinglij et Oecolampadij apparet.

VIII.

~~verbis institutionis Christi ... de tropo et figura~~
~~... quod diceret ... in tropo~~
~~itaq aliquando ... de eo ... apophthegmatice ... Carolostadium ... similem ...~~
~~... armis uti nesciret cum ... et ...~~
~~Qui tropo et figura, veritatem etiam præsentiæ, et communi-~~
~~catione corporis Christi, tolli existimasse videtur,~~
~~quomodo nimirum ad anabaptisticum dogma definitur,~~
~~esse sacramenta, et cœnæ in primis, nuda symbola, signa~~
~~et notas inanes, et tesseram tantum eius~~
~~quod significant, et non exhibere neq repræsentare~~
~~rem quam significant. Quale fuisse videtur et~~
~~Artotyritarum dogma. Scribebat tum Lutherus Germanice~~
~~de ea causa, sicut postea Zvinglius contra de~~
~~hac latine, certo consilio uterq, quod et uterq~~

~~enunciat~~ Ante autem hoc commotum à Carolostadio certamen in superiore Germania, et ~~in~~ tractu Tigurino et Basiliensi imprimis, in Pontificias veritatis corruptelas inquisitum fuit, non minus quam à Luthero fiebat in Septemvirali Saxonia, et fermè eodem tempore Lutherus, et Helvetij per Zwinglium, qui pastor tum erat Tigurinae Ecclesiae, Romanenses, et simul adorti sunt, et pro se quidem uterque, cum neuter cum altero de re communicasset, paucis tantum ante Zwinglium annis. Lutherus, sed ante tamen, contra hos scribere cepit, qui primus contra Pontificios est exortus ut aethereus sol, et hic quidem anno Christi, ut dictum est, XVII, ille circiter XX. dum autem Zwinglius, et omnino post Lutheri illa initia, in pontificia et ipse inquirit diligentius, et similiter satagit in caeteris omnibus, de iis corruptelis in Missa et Cœna Domini, praecipuè laborandum vidit, et hoc agendum, ne vel plus vel minus, sacramentorum symbolis triberetur, quam fieri deberet, et quod hoc caput fidei nondum viderat explicatum, et commotum tantum à Carolostadio, quoque ~~[illegible]~~ haereretur in hoc prorsus, Adeo haec cum ~~[illegible]~~ cura ~~[illegible]~~ maximè torsit omnium, praesertim cum Idololatria et tyrannis pontificia universa hoc uno fundamento niteretur, atque adeo iam inveterasset, et quomodo ea res à tam multis annis Ecclesiam affligeret, et quid Berengario, ~~[illegible]~~ Wiclefo, et Husso accidisset, solicitè consideraret, neque Anabaptistica, neque Carolostadiana, approbare posset, et sicut in caeteris, ita in hoc etiam malo praecipuo, consulendum esse Ecclesiae, et fidem se suam Deo, et veritati eius, et populo Dei, ~~debere~~ debere intelligeret. Cumque, ante etiam diu, quam res commoveretur, et ab initiis mutationum illarum,

Cumque ante etiam diu, quam res commoveretur

X

apud animum suum de re cogitasse, quid tamen ageret, quid
omitteret; non tantum ex superiorum seculorum exemplis,
et commentationibus propriis suis, sibi quaesivit, sed et,
non uno anno, sed pluribus, multis doctis hominibus in
diversis terris [et regnis] se indicavit, et animos eorum
praetentavit, ut de rationibus suis cum ipso benigne com-
municaret, quod et impetravit à pluribus. Atque ita tum
primum, et re iam commota, cum neque inchoata Carolostadiana
approbare posset (ut tamen ipse suis apud Argentinenses (supra) ~~sicut infra ipsum testatum referemus~~)
neque à Luthero rem explicari videret, ad scribendum se
convertit, et sententiam suam publice contestandam,
Anno Christi M D XXV. Scripsit quidem anno proximo
ante, id est XXIIII, privatam epistolam Zwinglius,
ad amicum quendam, qui tum Reutlingensis Ecclesiae
Pastor erat, qua se ei indicavit, sed ea, ut in scripto pri-
vato, et cui ascripserat, ne cuique epistolam eam communi-
caret, de quo non constaret ipsi, quod de hoc capite
doctrinae Christianae recte sentiret, Quae tamen epistola postea
et edita fuit, et antequam ederetur, in multorum
manus pervenit. Sed primum, et publicum eius scriptum,
quo sententiam doctrinae suae profiteretur, editum
fuit, Anno Christi M D XXV, latine et Germanice
Mense Martio, cum indice: de vera et falsa religione:
et mox eiusdem anni, mense Augusto, id est sexto post,
eiusdem Argumenti libellus ab ipso editus fuit, quem,
Subsidium, inscripsit, quod prioris παρασκευή quaedam esset,
aut ei quasi succenturiaret. Haec fuerunt Zwinglij
Scripta prima, et primum edita. Eodem Anno, una
cum re, Missae et ritus pontificios abrogavit in
ecclesia sua Tiguri, Zwinglius, et introduxit eos

+ hodie etiam in ea servantur, quod idem fecit et Basileae
~~et~~ Oecolampadius, quorum exempla postea secuti sunt Argen-
toratenses, Anno christi XXIX, et ante et post, in illis
terris, alij, etiam Genevenses. Missam ~~[illegible]~~ privatam apud
fratres suos Augustinianos ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ quadriennio ~~circiter~~
~~ante id est Christi XXI abrogaret~~ Lutherus, qui et li-
brum ~~tum~~ de abroganda missa tum dedicavit, ~~[illegible]~~
~~[illegible] contra canonem ante missae [illegible] scripsit anno XXVII~~
~~Canonem et missa scripsit eodem anno Lutherus [illegible]~~
~~[illegible] coepit scribere id est christi XXV.~~ Cum Zwinglio
~~[illegible]~~ coniunxit se, eodem anno vigesimo quinto, impulsus,
et pene adactus, ab amicis, ut scriberet, Iohannes Oecolampadius,
+ multo etiam timidius, quam Zwinglius, ad causam accessit,
et expertus est tentationes graves, antequam se vinceret, *
Itaque ita tum non tantum de tropo, ut Carolostadius, sed de tota
causa, et de presentia et communicatione vera, queri
coepit, ut postea suo loco referetur et explicabitur.
Hic autem oecolampadius, Anno ante V. + fuit christi ~~[illegible]~~
XX, cum a Luthero et Zwinglij conatibus metueret Reipub.
et doctrinae studijs, ad ocium literatum in monasterium
concessit, Salvatoris prope Augustam, factus ibi Monachus,
Anno christi ut dictum est XX, quod graviter in ipso tulit
Erasmus Roterodamus, qui tamen ostendit se non esse multo
maiore animo, cum eodem tempore ab Helvetijs Basilea
Friburgum concederet, + in quo tamen vitae genere non
diu substitit Oecolampadius, et, saepe iam memorato christi
anno, Basileam ~~reversus~~, una cum Zwinglio hanc causam
agere coepit, coniuncta opera, cuius civitatis Ecclesiae tum
Pastor fuit ~~[illegible]~~, et suum scriptum, in hac causa,
publicum et primum, Zwingliano addidit.

[margin:] annis circiter ante

[margin:] * ~~[illegible]~~ inprimis ~~[illegible]~~ autoritate Iustini autoritate ad hanc causam accessisse professus fuit.

[margin:] + in ditionem Austriacam,

Etsi autem ... 1526

N.

Etsi autem Iesuita est et transsubstantiator Busaeus, ita tamen contra aequitatis sibi blasphemiam meritus nobis de Ecclesia Christi videtur, ut dolendum sit, eum virum, qui tantum in festuca viderit, tantum caecutire in trabe, et tantum eum iudicij habere in uno, et tam nihil in altero, si tamen caecutiendo ibi errat, de quo non dubitari non potest, sicut legitur Apologeticus eius.

Det Deus viro doctissimo ut ipse se noscat. Sed

Haec iamp[ri]dem ab argu

[illegible marginal note]

& [illegible] [illegible] [illegible]

vbiquitate amissa, se non reperire profiteatur corporali praesentiae praesidium aliud, Et erit unus pastor et unum ovile, Interea & potentia Turcica Gog & Magog frangetur, Capit autem bello etiam frangere pontificiam potentiam classis Anglica, Deo fauente ecclesiam suam manifestissime propugnante, non multo obscurius quam cum Aegyptios obruit mari Arabico. Et incepit iam idem agere luculente Gallia. Etiam Turcicae irruptiones impeditae sunt et resistuntur mirabiliter & diuinitus, eodem tempore hoc, diversis in locis pluribus, et gens illa afflicta est a Persis. Ante autem quam consument et perficiantur haec universa, intercedet tempus illud, quod eiusmodi erit, quale Christus proxime praecessurum praedicit diem novissimum, et adventum suum, Cuius turbas, aerumnas, miserias, et pericula, nimis iam diu experiuntur et exantlant regna extera, et magis magisque experiri incipit nostra Germania.

In summa, eo res redacta est, vel paulo post Lutheranis, et confessioni Augustanae horum, ut, cum corporalem praesentiam, una cum pontificiis, asserant, et corpus simul, sicut fieri tum oportet, invisibile, et non mysticum concedant, et quod ore etiam percipiatur, non fide tantum, Ex his igitur, ut iam cum pontificiis agant, Primum, an verborum institutionis virtute magica illud invisibile Christi corpus alterum, et a visibili quod in coelo habet, diversum, e pane fiat, Secundo loco, quid commedat mus? Quid fiat de commesso ab homine! De [illegible] [illegible] minus est operosum

λ

respondere Lutheranis qui panem superesse simul, cum transsubstantiatoribus qui tunc tollunt, et panis unione, et corporis societas, quomodo coeat, explicare eis fiet difficilius, in quo explicando veterum etiam conversio simplex, et in, sub et cum, frustra se torserit.

Inprimis autem accidentia ... sine subiecto, quod ... negasset, damnavit in mortuo Vuiclefo Concilium Constantiense, ut dictum est.

Hic igitur vester etiam tum Rhodus erit, hic sublata ubiquitate Schwidenica saltabitis, mei vos. Sed de his etiam satis, vel potius nimium, praesertim cum de causa disputationem minime instituamus, sed introductionem tantum ad Scripta Herdesiani. Post hanc igitur parallelia nostrae necessariam Eisagogen, cum ex hac causa coenae, et de hac, et propter hanc, fecerit Herdesianus, quae fecit et potuit, omnia, ita nunc deinceps Catalogum Scriptorum eius recenseamus, quorum odio conflagrent impii, et salutare ex his gaudium percipiant pii bonique omnes. Et nunc quidem eo ordine, quo ille scripsit et edidit. Cum autem Fol. 40

pag 59

Illustris et Generose D. Comes: amplissime D. Cancellarie: existimo Vestr. Gener. et Ampl. vidisse Theses de tribus quaestionibus, á me his diebus editas, ut subjiciantur Disputationi publicae: postquam á Spectabili Facultatis Theologicae Decano inspectae et approbatae fuerunt.

Prima propositio quam sit hoc tempore necessaria de verae Religionis definitione, omnes pij facilè agnoscunt.

Alteram quoq; praetermittere non potui cùm dolendum sit et deplorandum Evangelicos concessisse Pontificijs appellationem Catholicorum, et sub nomine Calvinistarum deformentur orthodoxi imo Witebergae non ita pridem Jurisconsultissimus D. Colerus graviter á Theologis fuerit reprehensus, quod nollet se vocari Calvinistam.

Quod ad tertiam propositionem attinet de odio contra Calvinistas, existimavi multum referre omnes intelligere veras causas illius odij: praesertim cùm singulis nundinis tot famosi libelli in quibus principes instigantur nominatim contra Heidelbergenses, in lucem prodeant. Nec potuerunt dissimulari minae et convicia atrocia nonnullorum quae in ipso limine earum, quas vobis mitto Thesium Georgij Mylij et Hunnij conspiciuntur, ut si nostra cùm illis qui nos lacessunt, conferantur, modestissima deprehendantur.

Interim intelligo Serenissimum Electorem hodie in Senatu Ecclesiastico per nobilissimum virum

D. Huttenum, significasse uereri se ne talia nostra
Scripta pugnent cum aliqua transactione facta cum
Ludouico Landgrauio Hassiæ illustrissimo ut
abstineatur utrinque ab inuectiuis, et personalibus.

Atqui theses nostræ dogmaticæ sunt, et querelas
non inuectiuas habent. Deinde prius imperandum
erat aduersæ partis Theologis, ut á tam atrocibus
conuicijs abstinerent. Tertio nullus Hassiæ Theo-
logus qui saltem nunc in Hassia doceat in nostris
thesibus notatur. Deniq*ue* de illa transactione nec
mihi, nec Facultati nostræ nec (ut credo) Se-
natui Ecclesiastico aliquid constitit, uel uno
uerbo hactenus significatum fuit.

Et certe durum esset si Serenissimus Elector
non pateretur suos Theologos quando palam
accusantur et traducuntur, sese ullo unquam
Scripto tueri.

Quare Vest. Generos. et Amplit. rogo, ut
melius informetur eius Celsit. et hanc
Disputationem cui Sathanas fortasse succensit,
non turbari, aut impediri sinatis. quam mo-
deste in concionibus et Lectionibus ipsa dog-
mata tractem norunt auditores. Nam (ut
uerum dicam) inuectiuas libentius dirigo contra
tot uitia, quæ inter nos regnant, quam con-
tra Lutheranos.

Miseram heri exemplar nobilissimo et amplissi-
mo uiro D. Huttено: ideo miror mecum pri-
uatim non hac de re actum: aut ab eius ampli-
tudine nihil significatum fuisse

Inposterum (si ita sit sententia) ab
omnibus scriptis contra Ubiquitarios li-
benter abstinebo: ut mihi iam ante consti-
tutum erat, his Thesibus concludere meas
contra illos disputationes, quos forte bonis
exemplis et moribus citius sanabimus quam
disputationibus.

Quia autem Theses nostrae sunt affi-
gendae die Dominica proxima, et exempla-
ria aliquot distributa sunt: non existimo
vel Principis vel vestram sententiam esse
ut supprimantur. Malo enim a disputan-
do supersedere quam unum apicem in eis
quae viris bonis et doctis placuerunt mutare.

Calend. Augusti.

Rogo vos demisse ut
Theses Pistij et
Sturmij, quae mihi ab
amicis commodato datae
fuerunt mihi remittatis
intra aliquot saltem dies.

V[estrae] Generositatis
et
Amplitudinis
observantiss[imus]

D. Dan. Tossanus.

Illustri et generoso
D. Comiti Witgstenio
seniori
et
amplissimo D. Vicecancellario Culmanno
Dominis suis omni observantia colendis.

Aureliani literis significarunt sibi in animo esse intra paucos dies me reuocare, ut in aedibus Domini Maretsij nempe in Paludano ubi pars Ecclesiae se recolligit doceam. Cupio illos nihil temerè et inconsultò aggredi. Interim rem totam Domino permitto paratus eò ire quo uocabit. Nunquam autem Galliam illud iter arripiam, quin te meum deus inuisam amplectar et de rebus omnibus consulam si Dominus uoluerit. Vesontinos per literas cohortatus sum qui calcaribus subindè opus habent ne torpescant et mihi uidentur non procul esse á Regno Dei. De Carpenterio nuper ad te scripsi. Audio illum Basileae in Geneuensem Ecclesiam debacchatum esse cum D. Copi filio degenere quem Itineris comitem habebat. Deniq non semel intellexi ipsius orationem huc non obscurè spectasse ut Thalassiarchum et Geneuenses inuidia grauaret quasi ipsorum uel ambitio uel imprudentia omnia mala Galliae conciliassent. Vinerius medicus noster qui nunc abest multa ex ipso priuatim audiuit: quae ubi redierit diligenter perscribam. Ista habui Vir Clarissime, de quibus ad te scriberem. Legati principis sunt adhuc apud nos, qui aliquid monstri mihi alere uidentur. Cupiunt enim producere in concionem et isti Ecclesiae praeficere ministrum quendam paganū Castellionistam qui Vbiquitatem quoq amplectitur et ideo licet vir palam perfidus et in Religione inconstans et planè dubius atq infans, apud D. Jacobū gratiosissimus. Is uocatur Leodegarius Grymoaldus. Ego tamen dum hîc ero á concionando non desistere statui, quia omnes ciues purae Religioni fauent. Consiliarij metu plus quā seruili Theologos illos superciliosos oderunt et metuunt ipsisq per omnia parent. Tu uale in Christo Vir clarissime: cui omnia laeta et fausta precor et ciuitati uestrae Lumen uultus Domini.

Mombelgardi. 17 Augusti. 1571.

Tuus ex animo

D. Tossanus.


Parens meus et Quadratus te officiosè salutant.

À Monsieur

Monsieur de Besze.

À ~~Basle~~ Geneue

Tossanus





Nullam solidam felicitatem in rebus humanis quaerendam
esse, Generose et inclyte Domine Comes, vel ex eo apparet
quod vix aliquid tam beatum homini obtingere potest, quod
aliqua aegritudine non sit contaminatum. Ecce enim in
quas molestias turbas sollicitudines incidit Illustrissimus Prin
ceps, Dominus meus Clementissimus: postquam ad Electora
tus Administrationem a Deo euectus et vocatus est
Vix crede mihi toto hoc trimestri horam unam molestijs va
cuam habuit: vix semel atque iterum per occupationes pedem ex
arce efferre ei licuit nisi cum vel in Cancellariam vel in tem
plum Spiritus, quod nostrae Religionis socijs aperuit descendit
Primarij Electorales Consiliarij aperte se ipsius actionibus in
causa Religionis ~~se~~ opponunt: Caesar cum nondum agnoscit
Administratorem. Electores Euangelici suas habent exceptio
nes. Religionem inprimis. Wirtembergicus tantum non ut
audio bellum ei indicit. In plerisque subditis magna est profa
nitas. et eos inescarunt suaviloquentia sua Serenisi raba
lae et concionatores: qui palam in nostram Religionem inuer
huntur. Nonnulli ipsius Cels. expresse traducunt: Nobi
litas qualis sit in tractu Rheni novit vestra Generositas
Et ad haec mala accedit infelix exitus belli Coloniensis:
ex quo sine laude sine pecunia sine ullo memorabili fa
nore domum reditum est. Interim Deus, qui in infirmi
tate nostra potentiam suam exercere solet, hactenus princi
pem contra varias insidias defendit et ita animavit. ut
templum primarium Heidelbergae dissuadentibus omnibus fere
consiliarijs, Dominica quam Aduentus vocant aperuerit
aulicos ministros Sch[illegible]esios et Generalem Superinten
dentem D. patientem exauctoravit: Senatum Ecclesias
ticum, cui ex Politicis praesunt Doctor Marcus Zum Lamb
M. Stephanus Bechtolder. Abrahamus Colbingerus, con
stituerit. Ambergenses post longas tergiuersationes, Iumanete

fidelitatis praestiterunt Legatis principis Baroni à Dona
et Marscallo Obertraut. et credo fore ut optimus et
Inclytus Comes Ortenburgicus senior Ambergae praeside
ceps creetur. Nunquam putassem tantam esse Ubiquitario
rum petulantiam tantos furores, tantam audaciam quali
in Gallia totis decem annis inter pontificios non sum ex-
pertus. Interim non audet princeps illos ita dimittere
ne videatur imitari crudelitatem aliorum et ne homin
odia sibi accersat maiora. cum quotidie in discrimine
summo versetur. et gravtes minae ab omnibus alijs
Principibus ipsi intententur. Pendet quidem à Dei provi
dentia. Sed eundem tentare et multa subito movere quae
teneri non possit. non videt esse consultum. Alia sunt iam
tempora. aliae circumstantiae alia persona, quam Friderici
illius tertij laudabilis memoriae.. denique ut Demades olim
respondit cum reprehenderetur quod quaedam aliter faceret
quam Themistocles, magnum ~~esse~~ discrimen est inter eum, qui
integram habet navim, et qui tantum colligit fragmenta
et tabulas fractae navis. Unum est autem Generose D.
Comes quod à T. G. reverenter petit Senatus Eccle-
siasticus ut nimirum si contingat Baccaracenses, quod
brevi futurum intellexi, repetere suum veterem Superintenden
tem D. Vikendium nolit T. G. illum nobis in tanta ope-
rariorum penuria denegare. Gartnerum etiam et Fabricium
alumnos Palatinatus ad nos intra paucas septimanas reve
ti patiatur. Nondum potui impetrare ut revocaretur D. Oli
vianus quem alias princeps magni facit. Sed quia initia
hic sunt adhuc exigua et omnia satis dubia et opus
summa patientia (ego enim totis tribus mensibus sum hic
hospes apud civem sine familia et libris meis) non visum est
adhuc eius Celsitudini consultum nos tam eximio organo
privare. cum in toto illo tractu Deus mire benedixerit eius

laboribus. D. Jacobus Grynaeus Theologus Basileam vocatur, ut si fieri possit ei Domus Sapientiae commendetur. Est vir pius moderatus et in disputationibus Theologicis exercitatissimus. D. Erastus diem suum obiisse dicitur Calend. Januarii. Scripsi nuper Reverendissimo Archiepiscopo Truchsio, iussu principis, epistolam Consolatoriam. Haec sunt, quae de rebus nostris hoc tempore scribere possum. Vereor vero, Generose Domine ne illa tempora appropinquent, de quibus saepe Spiritu quodam prophetico Generositatem T. disserentem audivi anno 75. Tempora inquam tam tetra ut propter mundi ingratitudinem cessante puriore Ministerio in Germania pios domesticis Ecclesiolis contentos esse oporteat. In Gallia novi motus videntur esse prae foribus. Exercitus novus ibi conscribitur. De Navarreno multi multa suspicantur. Alij contra eum arma sumturum Regem existimant. Infortunati Belgae rursus ad eundem scopulum navem allidere volunt revocantes Alenconium ut pro uno Tyranno duos simul experiantur. Hispanum et Gallum. Dux Sabaudiae mortuus dicitur. Duodecim pagi decretum iniquum contra Genevenses scripsisse dicuntur cui tamen Bernates acquiescunt. Dominus Jesus respiciat nos et afflictam Ecclesiam, quem ex animo precor ut T. G. eiusdem fratri inclyto et Coniugi pijssimae generosisque liberis cumulate benedicat. Heidelbergae. 27 Febr. 1584.

G. T.

addictiss.

Daniel Tossanus

In Schola nulla mutatio adhuc facta est. In loca vacantia sufficiuntur viri probati. Hermannus Vitekindus mathematicus Neostadio huc revocatur. Juris professores sunt Forsterus. Hieslinus ex Durlach Wirtembergicus vir valde doctus ut audio. Licentiatus ulerq. Victus et hospitium est mediocris commoditas. post ferias paschales poterit T. G. mittere huc famulum aliquem fidum et industrium qui in specie referat, quot huc mittere velitis quot sint fratres. Ego meam operam navabo in inveniendo commodo hospitio.

Inclyto et generoso D. Domino Lu-
dovico Comiti in Witgstein Domi-
no Homburgensi etc. Domino suo
reuerenter colendo.

Tossanus ad Com.

R. 14. Martii (84

Ro[?] Spe[?] cetera Wechradium prot[?] Jo[?] Casimiri administra-
tione nullisq[ue] obstaculis

29

Daniel Tossanus Senior


Illustris et Generose D. Comes. dici non potest, quanta bonorum et industriorum superintendentum penuria laboremus et quanto-pere Schönbergius praefectus Baccaraensis et alij cordati et sinceri uiri Dominum Wikradium desyderent. Verum stat sententia, nos nolle cum tua offensione et memorabili Ecclesiarum T. G. detrimento eum reuocare. aut á promissis nostris discedere. sed malumus Tuae Generositatis et D. Wikradij prudentiae omnia permittere. Quia autem non obscure per literas suam operam Senatui Ecclesiastico obtulit. respondet ei de utroque Senatus Ecclesiasticus, de necessitate nostra: et simul de nostra erga T. G. obseruantia. Gärtnerum nostrum inuitat ad se Illustris Comes Johannes: quia fortasse inculta illa Regio multis Gärtneris opus habet. Diaconatum in Billickeim ei destinabamus. Sed quia uxorem duxit uestratem et uestris iam moribus assueuit, cupidius amplexus est conditionem apud Comitem Nassouium, quam in patria. Juuenis ingenium nobis miré placet et aegre illum dimittimus. Verum iubet caritas nos mutuas operas tradere. Legatus Regis Nauarreni Segurius post longas peregrinationes (obiuit enim totam ferè Germaniam) tandem ad nos appulit. Nauarrenus mortuo Alenconio Regnum Galliae sibi despondet. Rex enim est ualetudinarius.
Illustriss. princeps noster á socero non benigne solum sed honorifice exceptus fuit. De Religione nihil actum nisi in conuiuijs Mixi. Valetudo Saxonis facit ut de ijs quae uel odiosa uel controuersa sunt se obtundi non patiatur. Nos his diebus in Facultate Theologica reformanda laboramus. et cogitat princeps praeter suum consilium exautorare Vbiquitarios ministros qui hîc supersunt, nihil nisi minas, et discordiam spirantes: et conuitia eructantes. Vociferantur, tumultuantur et fremunt omnes etiam nonnulli, ut audio, Principes, quod Junior princeps in nostras cociones deducitur, et praeceptores habet orthodoxos quos illi Caluinianos uocant. Opus igitur habemus piorum precibus ut Deus opus suum per hunc principem

persistat et vincat ac imperet in medio tot adversariorum. Vale in Domino Jesu Illustris et Generose Domine Comes cum generosissima coniuge et liberis inclytis. Heidelbergæ. 9 Julij.

T. G.

addictiss.

Daniel Tossanus.



Generoso et inclyto D. Domino Ludovico à Sayn Comiti in Witgstein etc. Domino suo omni observantia colendo.

Exhibitae den 19 Julii Anno 84

Ignatius Wisbadius & Gasparus ~~dimittit~~, atque invitis non dimittere voluit.

Daniel Tossanus.

33.



Daniel Tossanus

S. Magnum crede mihi operæpretium fecisti.
Illustris et inclyte D. Comes: quod reverendū
virum, D. Wikradiū passus es ad Baccaracen-
ses reverti: ad quos eò gratior veniet quò op-
tatior. optarunt autem illum statim ab initio
Administrationis principis nostri: et nobiscum non
semel expostularunt, unà cum præfecto Schönber-
gio, quod tamdiū illos orbos suo pastore relinque-
remus. Neq; tamen ergà tuam Generositatem
et eius Ecclesias tam sumus vel ingrati vel inof-
ficiosi ut si commodè aliquandò et bona cum
Ecclesiæ suæ venia nos revisere poterit id non
concedamus atq; etiām suadeamus. Sed in his ini-
tijs multum est in eo positum ut viros industrios
habeamus qui miseros subditos à rabulis seductos
in viam revocent. Malevoli nostri, in Camera
Imperiali extorserunt Mandatum de edendo Testa-
mento[+]: et in eo se magnificè efferunt. Verū
ista principem fortissimū parum movent. qui
facilè intelligit unde hæc proficiscantur et
quorsum spectent. In Calumnijs mendacijs et mi-
nis omne præsidium habent adversarij. Sed à par-
tibus nostris, ut spero stabit Leo de tribu Juda.
Nihil adversarios ità percellit quàm quod junio-
rem

[+] Ludovici Electoris

Principem recti instituti vident. Id ipsum aegre
rime fert Aula nostra, quae Adamo in causa
religionis obsistit, quantum potest. Deus igi-
tur ardenter comprecandus est ne pius Heros
domesticis et externis molitionibus et tenta-
tionibus oppressus labascat. Eundem Do-
minum et Redemptorem nostrum toto pec-
tore precor ut Generos. Vestrae cumula-
tissime indies benedicat et omnia prospera
ipsi largiatur. Heidelbergae. 22 Sept.

Generos. V.

addictiss.

Daniel Tossanus.




Illustri et Inclyto Domino,
D. Ludouico a Seyn Comiti
Witgsteiniano Domino in Homburg
etc. Domino suo omni obseruantia
colendo.

Tossanus.

B. 3. 86 f84.



Dan: Tossanus



Clarissimo & Excellentissimo Viro
Dn. Danieli Sennerto Philosophiæ &
Medicinæ Doctori celeberrimo, Facul-
tatis Medicæ in Academia Wittebergensi
Professori publico & Seniori spectatissimo &
Dn. et Amico plurimum honorando.

Reddita sunt mihi Vir clarissime literæ tuæ, licet serius
tum quæ Bielam, tum etiam quæ Vesontium missæ
erant. Ego uero supra quatriduum celeriter quidem et
raptim urgente nuntio attamen copiose de rebus nostris ad
te scripsi, per Lausannensem mercatorem, qui sancte mihi
promisit se operam daturum ut Geneuam tuto mitterentur.
Exanimarat me pene rumor de ualetudine tua sparsus
ab illo Chassoto Principis nostri præceptore qui Lausan
na rediens Doctori Jacobo asseuerabat te morti proximum
esse. Juuenis est leuis, et duabus sellis sedens, quantum
hactenus cognoui. Non multo magis læta mihi renuncia
bat Mermerius Principis Vraniæ minister affirmans
te lento quodam morbo confici. Nunc Deo optimo Maxi
mo gratias ago, qui te uirum prouehendæ et ornandæ
Ecclesiæ natum, sanitati et ijdem Ecclesiæ reddere dig
natus est. Scribo ad te rursus licet incerto nuntio
ut plenius te de rebus omnibus certiorem faciam. Literas
Basileam mitto amicorum diligentia ad te transmitten
das. Simon ille Basiliensis nondum hoc consecutus
est quod sibi palmarium et triumphale duceret ut
omnes Ministri orthodoxi ministerio mouerantur.
Nam et fælicissime in suo munere pergit Joannes
Brantmillerus transRhenum primarius minister
et in ipsa urbe Johannes Hospinianus. Et iam
multis ciuibus imo ipsi Henrico petri Senatorij or
dinis uiro, et Simonis familiari displicet ista ratio
qua inducto nouo dogmate Simon ueterem et recep
tam de Eucharistia doctrinam abrogat, et minis
tros insidiosis artibus uel opprimit uel in suam
sententiam pertrahit. Argentina scripsit ad me
D. Giphanius Ethices professor Juuenem quendam Theo
logum, Argentinensem ciuem, quod aliquid contra Vbi
quitatem et pro Prædestinatione dixisset, Marba
chij opera exauthoratum. Witebergenses aduersus Selne
cerum Brunsuicensem Theologum Apologiam ediderunt,
qua et Gregorij Nazianzeni authoritate et firmis rationi
bus tuentur illam interpretationem. oportet eum cælo capi.
ex orat. 2. de filio Dei. δεῖ αὐτὸν βασιλεύειν ἄχρι
τοῦ δεῖ τὸν οὐρανὸν δεχθῆναι etc. Vbiquitarij dicunt
locum esse mendosum. Vide egregium perfugium.

Miror illos in re tam clara caecutire, cum si Chris-
tus caelum capit, caelo capi oportuit, quae est altera
ratio connexi. Sed de his satis. Venio ad D. Jacobū.
Licet Magistratum per omnia habuit sibi obsequen-
tem et Ministris paganis plerisque persuasit quod
voluit, nos adhuc in urbe optima spe et maximo
animo sumus. quia ferè insanus hinc discessit
et ciuibus omnibus deridendum se cum suo fastu
propinauit. Totus est in hoc ut hinc eiciar
et iam principes urget ut id imperent. paren-
tem uero meum qui septuaginta quinque compleuit
annos nec inuisit unquam nec discedens salutauit.
Vix autem credas quam ineptos et stolidos sermo-
nes habuerit. Inter caetera quaesiuit á me an non
organis in Galliis uteremur, quorum usum maxi-
mè conuenientem et necessarium putat. quia scriptu
est. Laudate Deum in organis. A Concionatore
Germanico percontatus est cur inter orandū òculos
in caelum attolleret, quasi Deus in tabulato aut tra-
bibus esset. Risum fortasse non tenebis. sed uera nar-
ro. De fide multa garriebat aut mentiebatur
potius te perperam scribere fidem efficere res nobis
praesentes. Indè sequi nos Deo fortiores esse et
alias stultas innumeras consecutiones texebat. Res-
pondi fidem Dei opus esse et nihil esse quod tan-
tum gloriae Deo tribueret quam fides. et alia mul-
ta quae longum esset cōmemorare. Obieci et illi
Solis similitudinem qua Christi praesentiam in Caena
illustrat, sicut et nos, in Eslingensibus concionibus.
Magna fuit inter nos de radijs disputatio. Cum ho-
obtinerem radios non esse corpus solis quod ipse uole-
bat aut saltem esse partem corporis dixit se semel
tantum et obiter illa similitudine usum. Utinam
autem S. Cheggius intelligeret quam odiosè
Thraso ille de ipso sit locutus. dicens palam coram
Senatu nostro hominem esse intricatum obscurum mi-
nimè Theologum qui facultati Theologicae nean-
tationem in nonnullis promiserit. Ista de Jacobo.

Ita scribit. solis corpus ubique non esse. radios diffundi passim. Sic corpus Christi in loco esse naturali-ter. per radios, id est maiestatem passim